



**R.D. Iacobi Marchantii, Pastoris Et Decani Covviniensis
SS. Theolog. Professoris, Rationale Evangelizantivm**

Marchantius, Jacobus

Coloniae Agrippinae, 1661

Dominica VIII. post Pentecost. Lectio 12, tripartit. Homo quidam habebat villicum, & hic diffamatus est apud illum, quod dissipasset bona ipsius. 1. pars docet, quomodo omnis homo sit villicus Dei, & ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56372)

Lect. 12
eripar-
it.

DOMINICA VIII. POST PENTE-
COSTEN.

Homo quidam habebat villicum, &c.
Luc. 16.

Pars I.
Quomodo
omnes ho-
mo villi-
cus.
Rom 10.
Phil. 23.

Alque dubio homo ille dives, de quo hoc in Evangelio, Deum designat, qui omnium rerum Dominus est, dicitur in omnes qui invocant illum, de quo dicit Dominus est terra & plenitudo ejus. Et Gloria & divitia in domo ejus, Atque ita dives est, ut nullus præter ipsum absolute dives dici possit, cum nullus sit qui sibi sufficiens & nullius egens sit, ideoque ejus vultum deprecantur omnes divites plebis. Hinc etiam unum ex decem propriis Dei nominibus est Saddai, ut notat S. Hieronymus epist. 1. ad Marcellam Saddai autem idem est quod Sufficiens, & abundans, omnemque sufficientiam & abundantiam tribuens. Hoc nomen legitur Exodi 6 ubi dicitur: Ego Dominus qui apparui Abraham, Isaac, & Jacob, in Deo omnipotente. Hebraea habent in Deo, Saddai, sive in Deo divite & liberali. Quasi dicat: Ego Deus cum Patre vestrus Abraham, Isaac & Jacob egi, & conversatus sum tumquam Deus Saddai; ego potentem & munificum me eis exhibui, & ostendi mihi abunde esse divitiarum ut illos ditarem: abstuli enim, Ceteris, Sodomitis, Elau, & aliis, easque dedi Abraham, Isaac & Jacob. Ipse igitur, Herus unus omnium est præpotens & prædives qui dicit, *Mea est universa terra*. Abraham autem, Isaac, Jacob, & alii qui divites fuerunt dicti in possessione terræ & animalium, in possessione auri & argenti, non nisi sunt ejus villici; & quidem sicut inquilini & peregrini, sicut advena & coloni. Unde ipsi, sive eorum posteris & heredibus Israëlitis dicit Dominus, *Terra non vendetur in perpetuum, quia mea est, & vos advena & coloni mei estis*. Hoc etiam de omnibus nobis verum est. Villici enim sumus, Dei que Coloni. Advena & Peregrini, res terrenas possidentes, vel potius illi utentes, donec nobis assignatum vite tempus a fero exantlayezimus, quasi tempus villicationis nostræ.

Levit. 25.

Villicatio
har divi-
tiarum
anteptis
dusa.

Hoc si considerarent homines, stimulus eis foret ad divitiarum contemptum, & ad fidem illarum administrationem. Primum quidem consideratio hujus villicationis inducit ad divitiarum contemptum, quando quidem adeo brevi tempore illis hic frui datur, & quidem quasi commodatè & precario. Villa quam possides, hodie tua est, cras filii tui, vel alterius heredis, cujus nec per somnium meministi. Sic domus, sic pecunia, sic præbenda, sic pinguis & honoratus status, quem tor adeptus es laboribus & sollicitudinibus. Nihil horum te sequetur, nihil efferes. Recte Sacerdos quidam vite honorabilis (ut refert Thomas à Kempis in hospitali pauperum cap. 1.) post mor-

tem Comitis Hollandiæ illustris Domini sui sermonem habens ad populum, dicebat: *Domine noster Comites Hollandiæ mortuus est charissimis, orate pro eo*. Fuit hic parvus & brevissimum tempore, habens aliquos usus fructus & redditus annuales quos jam amisit, & se cum sumeretur potuit. Si modo haberet aliqua manentia hereditaria bona, maxime ipsi convenirent. Hoc ipsum est, quod Apostolus omnibus vult serio inculcatum, ne eos paniteat sero. *Ho: itaque dico fratres, Tempus breve est*. Reliquum est; ut quiescant, sint tamquam non possidentes, & qui utuntur hoc mundo tamquam non utantur. Præterea eam figuram hujus mundi. Quasi dicat. Tempus vite nostræ contractum est, & brevi faciendum; ergo non sint homines nimis solliciti, nimis inhærentes affectu rebus humanis & possessionibus suis, ne videantur potius possideri ab illis quam illas possidere. Immo qui solliciti sunt ad emendum & acquirendum, emant, tamquam non possidentes, hoc est se fecerunt in emptione, non ut futuri perpetui possidiores, sed potius quasi usufructuarii & administratores brevi spacio vite. Qui utuntur hoc mundo, sint tamquam non utentes, sive ut græca habent, *tamquam non abutentes*; non sibi promittant ulum firmum & tenacem, cui animus nimium adhaereat in eo confidens; sed utantur mundo qualis est, cum mundus fluxus sit & transiens; utantur transeunter & obiter quasi non utentes. Sic monet etiam S. Augustinus. *Vere numquam admodum vitæ in hoc hospicio vitæ mensa, cibus, utro, & dimissurus, non permansurus*. Cui conformiter dixit Seneca. *Quicquid circa te facit eorum tamquam hospitalis loci sarcinæ spectata, transeundum est*.

1. Cor 7.

Tra. 40

Levit. 25.

Ob hæc igitur merito dicit Dominus, *Terra Leviticus mea est, vos advena & coloni mei estis*, significans se proprie rerum omnium esse Dominum & Possessorem; hominum vero dominium adeo breve esse & dependens, ut potius usus fructus dici debeat, quem admodum id interpretatur Philo lib. de Cherubim, ubi dicit. *Esse liques nos alieni uti possessionibus: nec gloriam, nec divitias, nec honores, nec imperia: nec aliud quippiam vel corpora vel animi proprium, quasi jure & dominii nostri sint possessionis, sed eorum usum fructum dum hic vivimus habent us solum*. Hanc etiam ob causam dicit S. Chrysostomus. *Sepius nisi testamenta legens dicentia: Ille quidem habeat agrorum vel domus dominium, usum vero alius*. Omnes enim usum habentus, dominium autem nemo. Atque eandem ob rationem in hoc nostro Evangelio comparatur villico, aut sciamus nos potius dispensatores alienæ rei nobis concredita, quam Dominos & possessores: ita ut eleganter dixerit hic S. Chrysostomus. *In terra nos debemus sentire villices, Dominos non putare: pro rogationis temporaria ministerium suscepisse, non invenisse jus perpetuum possessionis*. Hoc utinam attendant divites, attendant Nobiles qui se terrarum Dominos dicunt, & vocant nomina sua in terris suis, attendant quoque Principes & Reges.

Dan. 2

Villicatio
fidem
miseri-
cordiam
suavit.

ges. Villici sunt, administratores sunt, economi & dispensatores sub Deo. Dicebat Nabuchodonosor: Nonne haec est Babylon magna, quam ego edificavi in domum regni, in robore fortitudinis meae, & in gloria decoris mei. Cum autem sermo adhuc esset in ore Regis, vox de caelo ruit: Tibi dicitur: Regnum tuum transiit a te, & ab hominibus ejicient te, & cum bestis & feris erit habitatio tua, donec scias quod dominetur. Excelsus in regno hominum, & cui voluerit det illud. Agnovit tandem Nabuchodonosor se administratorem esse regi sub Rege supremo, post septem scilicet tempora; agnovit se villicum, & restitutus est in villicationem, cum ab illa prius amotus fuisset. Unde superbus antea dominator, postea ut humilis administrator orator dicit: *Levavi oculos ad caelum, & sensus meus redditus est mihi, & Altissimum benedixi, & creaveram in spirituum, & laudavi, & glorificavi, quia potestas est, potestas per aeterna, & regnum eius in generationem, & generationem. Et omnes habitatores terrae apud eum in nihilum reputati sunt, in a voluntatem suam faciunt, tam in virtutibus caeli, quam in habitatoribus terrae.*

Villicio fidelem ad ministracionem potest. 40. 1000.

1. Consideratio hujus villicationis inducit ad fidelem administrationem, quando quidem secundum voluntatem Domini illius qui concessit bona hic nobis concessa, administranda sunt, nec pro libito dissipanda. Commendat ergo divitiae, quia villicum mox delecent: fideliter tamen administranda, quia Dominum habent, qui ad calculum vocat villicum infidelem. Sicut affectus illis nimium inharens & avara coacervatio, tenaxque assertio culpe est obnoxia: ita prodigia dissipatio non sine reatu est, multorumque malorum crebro est occasio. Sic dum nonnulli in luxum coarctationem sua dissipant bona, alii in luxum vestimentorum, alii in aleas & ludos, quidam in impudicitias, & molierum illecebrias: quid non inde postmodum malorum oritur? Ad illicitas vias confingunt, ut sibi provideant. Si enim sunt iustitiae administrati, illam vendunt & corrumpunt, auro, & muneribus corrupti. Si magnates sunt & Nobiles, plebem sibi subditam exactionibus indebitis onerant. Si milites sunt, & militia Praefecti, concussioibus vacant, ut maius partem vacuum replent. Si mercatores sunt & negotiatores, in pondere, mensura, aliisque fraudibus decipere conantur. Si filii-familias sunt, etiam ad aperta furtiva viam sibi sternunt. Sic prodigia dissipatio his omnibus est exitiosa.

Pater idipsum luculentur in nostro villico qui accusatus est, quod dissiparet bona Domini sui, cumque videret jam ad reddendam rationem vocari, & villicationem a se auferri, cum iodore non valeret, mendicare autem erubesceret, sibi providendum existimavit etiam via illicita cum gravissimo Heri sui dispendio, defraudando quinquaginta cados olei, viginti coros tritici annui aedius, ut sibi amicos pararet callida iniquitate.

Si considerasset se villicum & dispensatorem, non facile prodigisset bona Domini sui contra eius voluntatem, & praevenerit cavissetque diffamationem; Sed sua conditionis videtur oblitus, donec rumore & accusatione invalescente a Domino suo est vocatus. Sic & plerique cum Deo agunt obliviscuntur Dei, obliviscuntur sui, donec invalescentiam peccatis & in eorum vocem quaedam, & accusationem emittentibus, exigit Dominus severitatem ab ipsis trepidis, & imparatis, & insipientiam hominum!

Porro peccator per infidelem villicum defignatus (qui deo apud Dominum suum diffamatus sive accusatus dicitur) a variis potest intelligi acculari. 1. Acculari ab his qui cum ad dissipandum bona Domini sui impulerunt; hoc est a demonibus, qui postquam suggerunt peccatum, accusant peccatorem. Unde dicitur: *Accusator fratrum diabolus, quia accusat illos ante conspectum Dei die ac nocte. Dicit ipse iudici (inquit Augustin.) Acquisitum Iudex iudicatum esse meum ob culpam, qui tunc esse voluit per gratiam. Accusatur quoque ab Angelis bonis, quia eorum consilio noluit acquiescere, ut ritè dispenseret bona sibi a Domino concessa, quorum etiam honorum cura & tutela eis erat commissa. 2. Accusatur hominem, & infamat propria ipsa conscientia, sicut ait Apostolus. Testimonium reddente illi conscientia ipsorum, & inter se invicem cogitationum accusantium in die cum iudicabit Deus occultis hominum. Uniuscuiusque conscientia non secus est ac liber continens universa scelera, quem quisque ad iudicium se cum deferret. 3. Accusatur ipsa facti evidentia. Non potest quicquam Deum latere, omnia nuda sunt & aperta oculis eius, non eget voce acculareris. Sed tamen quae occulta sunt peccata adhuc solet Deus dissimulare, sed ubi in publicum prodeunt, tunc non vult sine re multa. In operibus manuum suarum comprehensus est peccator. Et verum de quibusdam illud Peccatum suum quasi Sodoma praedixerunt, nec absconderunt. Va anima eorum, ideo reddita sunt eis mala. Phinees consecratus quemdam suae gentis post profana sacra ad meretricem ingredi, non furtim ut mos est verecundis scortatoribus, sed pro palam erecta cervice, quasi ostentantem multitudinem suam turpitudinem, nec minus sibi placentem, quam in aliquo praeclearo facinore, exasperatus ira iusta invasit iacentem in complexu mulieris adamatae, & utrumque premit. Similiter non tardat divina vindicta in eos qui peccatum suum non abscondunt, quia & ipsa facti evidentia eos accusat, contra eos clamat, & vindictam attrahit: Quomodo peccata manifesta sunt praecedentia ad iudicium, inquit Apostolus quaedam etiam subsequitur. Peccata manifesta praecedentia ad iudicium sunt peccata clara, & publica, condemnata voce hominum communi priusquam in iudicium adducantur peccata vero quae peccatores subsequuntur iudicio quasi pedissequi, sunt peccata occulta quae*

Peccator est infidelis villicus.

Apo. 12.

Rem. 1.

Psal. 9.

Isai 2.

Num. 25.

1. Tim. 5.

non patent in publico, sed in mente vel tenebris latent; postea tamen prodest scilicet vel occulta impietas, & poena sequitur impios vindex, quia ut ait Poeta:

*Rare antecedentem scelus
Dejerit pede poena clauda.*

Peccata illa manifesta specialem dicuntur edere vocem ad accusandum peccatorem, etiam nemine loquente. Unde quod hic dicit Dominus villico iniquitatis: *Quid hoc audio de te*, ad peccata evidentiam referri potest, quae ipsum apud Deum infamabat, *Aura zeli audit omnia*, inquit Sapiens de Deo. Audit zela eius auris vocem peccati ad vindicandum; sed specialiter audit vocem quorundam gravium scelerum, quae mirum in modum infamant peccatorem, & illius manifestant praecedentia ad iudicium & vindictam a Deo postulantia. Sic poterat dicere de Cain. Quid hoc audio de te, o Cain! Vox sanguinis a te profusi clamor ad me de terra, & diffamat te. Unde sanctus Chrysostomus: *Ergo Deus fama credidit? fama nuntiante cognovit? Absit. Sed quia illa quae noverat, quae pietate velabat, quae tunc capis, quando accubabat terra. Clamabat terra, clamabat caelum, dolebant Angeli, quando iam tota saeculi fama loquebatur*. Sic etiam poterat dicere de incolis Sodoma & Gomorrae. Quid hoc audio de te, o Sodoma, o Gomorrae! Nam *Clamor Sodomorum & Gomorrae multiplicatus est; & peccatum eorum aggravatum est nimis*. Quasi dicat: Clamant ad me eorum flagitia, & eos diffamant. Deus excruciat flagitiorum nostrorum clamoribus, ut aliquando vindicet quod libenter ignoscit, ait sanctus Ambrosius. Similiter quoque poterat dicere de Pharaone. Quid hoc audio de te, o Pharaon! Oppressio qua filios Israel premis, & perimis, clamor ad me, & te diffamat, ideo descendit ut erum eos, & te disperdam. Denique de quolibet divite mercedem operatorum defraudante dicere potest: Quid hoc audio de te? Ecce merces operatorum, qui messuerunt Regiones vestras, quae fraudata est a vobis, clamor ad me, &c. Possimus dicere, quod etiam creaturae insensibiles quandoque accusent & diffament peccatorem. Unde dicitur: *Revelabunt caeli iniquitatem eius, & terra conjurget adversus eum. Eruturum de se idem. Si adversum me terra mea clamat & cum ea sulci eius desent, quasi felicitet injuste possessa, aut aliquo scelere violata. Si ita est Deus vindicet, & me disperdat. Sic arbores insensibiles quadam ratione accusant Iepnes Susanna, dum per illas convincuntur. Sic paries accusat Regem Balthasarem, dum manus divina inscribit decretum contra eum parieti. Sic quoque paries accusat Saulem, dum in illa lanceam figit putans transfigere Davidem. Stat paries accusator Saulis aeternus, teste sancto Basilio*

Seleuco orat. 19. ubi ait: *Illum paries excepit, omnibusque facinus indicat: ita David periculo exemptus est, & lapis susesse manus monumentum tei sustulit impressionem, atque audacia facti accusator in natura sensus experta cadu tulit symbola.* Luc. 11. Sic sanguis Zachariae interaltare & edem crucidari perennes cruoris in meculas filicibus assignat, ut sit perpetuus accusator, ut dicit Tertullianus contra Gnosticos. Huc etiam referri potest illud *Lapsus de pariete clamabit, & lignum quod inter juncturas est, respondebit*. Hoc est, lapides & ligna, etiam abdita in juncturis, quae vel rapisti, vel pecunia rapta coemisti ut muros tuos erigeres, injustitiae accusabunt te, & testimonium dabunt contra te.

Sic ergo & hunc villicum accusabat & diffamabat apud Dominum injustitia manifesta. Haec autem licet nullam tergiversatione possit celari, tamen invidium Dominus non vult condemnare, sed vocatum, & dicit ei: *Quid hoc audio de te? Quae tui fidei commissa audio te insiduliter dissipasse; accusationes tuae penes me; ac nec te volui condemnare, sed vocare, ut si habes quippiam quo possis te iustificare, in medium producas me audiente.* Sic igitur non mox faviens furem vocat hunc villicum suum, aut quia in praedonem vociterat iracundus; sed iudicium agit cum tranquillitate, secundum quod scriptum est. *Tu autem Dominator virtutis eam tranquillitate iudicas.* Quia ut ait sanctus Gregorius lib. 8. epist. 51. ad Leoatium. *Ira in visis malorum sequi debet rationem animi, non praere: ut quasi ancilla iustitiae post tergum iudicia veniat, & non ut Dominus laetitia ante faciem prorumpat.* In hoc quoque quod villicum vocat & examinat Dominus instruit Iudices, ut in sententia ferenda non sint praecipites. Quod ipsum jam ab initio saeculi docuit, ante interrogationem poenam non irrogas aut ultionem. Sic vocat Adam & interrogat, antequam condemnet & puniat. Similiter interrogat Cain & convincit, antequam sententiam vindicem in eum ferat. Adhuc quoque Babel non mox confundit, sed prius descendit ut videret turrim & civitatem. Denique antequam ultricem ignem in Sodomam emittat, dicit. *Defendam.* & videlo utrum clamorem qui venit ad me opere compleverint. Non erat ambiguus Dominus de horum omnium scelere, sed voluit examinare is qui non egit probatione, ut alios compelleret ad iudicii praecipitatione: quia propter incertitudinem rebus in humanis frequentem maturo uti debent examine. Propterea etiam veteres depingebant nobis Iustitiam quasi currui triumphali insidentem: at hunc currum non equi praecipites, non cervi celeres, non leones feroces traherant, sed duae mulieres anosa & imbelles lento gradu incedentes; unaque earum baculo ad progrediendum ianitebatur;

Abacuc.

Luc. 11.

Abacuc.

Sap. 11.

Gen. 11.

Gen. 11.

Gen. 11.

Gen. 11.

Gen. 11.

Gen. 11.

Gen. 11.

Gen. 11.

Gen. 11.

Gen. 11.

Gen. 11.

Gen. 11.

Gen. 11.

Gen. 11.

Gen. 11.

Gen. 11.

tur, altera innitebatur gladio reufo. His certe omnibus lentum iustitie progressum designabant, quando agitur de cuiuspiam condemnatione, maxime si vita in discrimen vocatur. Hoc ipsum notat sanctus Chrysostomus in nautis circa Iohannam: Non illico cum precipitante festinans, sed audit interrogantes. Vnde tibi profecti: quo festinas? De qua plebe es productus? Accenti cum maxima fustibus inquiete, forsartelatur, reu omnibus declaratur; & hi dissimulari iniquitate procellarum seruant iudicariam disciplinam. Ita Chrylolt.

PARS II. De red-
denda ra-
tione vil-
licationis.

Postquam villicum interrogasset & increpasset herus suus dicendo: *Quid hoc audio de te?* Sic etiam verum est, post tot fauores a me tibi praestitos, & post tantam fiduciam quam in te collocaui, te non dispensatorem sed dissipatorem reperi? Ad- jicit duo verba plena rigore, plena & tremore. Primum est: *Redde rationem villicationis tuae.* Secundum est: *tam non poteris amplius villicare.* O verbum tremenda discussio, *Redde rationem villica- tionis!* O verbum alperae diuisionis, *tam non poteris amplius villicare!* Examinemus id particu- larius.

Imprimis non parum tangere & angere nos debet ratio stricta quae a nobis tanquam villicis de omnibus Deo est reddenda, tam de bonis corporis quam animae, tam de beneficiis acceptis ab illo quam de malis commissis. Ad hunc salubrem timorem excitandum & incuriam multorum increpandam haec parabola à Domino est propo- sita. Unde etiam electi non sine timore vi- tam hanc exegerunt, ob rigorem rationis reddendae. Dignum existimo consideratione, quod sanctus Job rationem exactam reddidit villica- tionis suae, & tamen adhuc sibi timeret. *Verè*, inquit, *scio quod ira sit, quod non iustificetur homo conspici- tus Deo.* Si villicus contendere cum eo, non poterit re- spondere unum pro mille. Si habuero quippiam iustum, non respondebo, sed mecum iudicem deprecabor. Vi- de interim in particulari quam exacte conetur ra- tionem reddere de corpore, de anima, de bonis temporalibus.

Exemplis
reddenda
rationis
Iob.
Iob. 31.

1. Reddit rationem de oculis & cogitationibus, quomodo ab impuritate eas refranarit: *Pe- pigi sedes cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de virginibus.*
2. Reddit de pedibus & viis suis rationem, dum addit: *Si ambulavi in vanitate & festinaui in dolo pes meus: appendat me Deus in satera, & seruet simplicitatem meam.*
3. Reddit rationem de corde: *si scitum est ocu- los meos cor meum, sive ut 70. legunt, si oculo obse- cutum est cor mentis: hoc est, si interior optavi quae oculis meis exterioribus vidi item: Si deceptum est cor meum super muliere, strortum alterius sit uxor mea.*
4. Reddit rationem de manibus: *Si manus*

meae adhaesit macula, seram, & alius comodat & erit: dicitur progenies mea. q. d. Nec concupiui bona aliena quae oculis vidi, nec manus meas rapiendo il- la maculaui; unde nec corde, nec manibus nocens alteri fui. Et iterum infra reddens rationem ma- num adjicit: Si leuavi super pupillum manum me- am, etiam cum viderem me in porta superiorem, Hu- merus meus à iunctura sua cadat, & brachium meum of- fensus suis confringatur. Optat ut plectatur in mem- bro per quod peccavit, si vel ad percutiendum, vel ad minuendum, manum vel brachium, & iudicia ipse exercebat, & se aliis potentior ostentare poterat.

Iob. 31.

5. Reddit rationem de fervis & ancillis suis, quod eos in nulla re offenderit, vel oppresserit: *Si contempsit iudicium subire cum seruo meo, vel ancilla, cum disceptarem aduersum me. Adco se æ- quum fuisse dicit mancipis suis, ut si illi habe- rent quod conquerentur de ipso, paratus fuerit iudicio sese aliorum submittere, vel etiam ipse- met iudicem iustum, & non aduersarium agere sese condemnando.*

ibid.

6. Reddit rationem de egenis, & quomodo se se erga illos gesserit tanquam fidelis dispensator & villicus bonorum Domini: *Si negari quod vo- lebant pauperibus, & oculos vidua expectare feci. Si co- mens buccellam solus, & pupillus non concedi ex ea. Si desepxi pereuntem, eò quod non haberit indu- mentum, & absque operimento pauperem. Si non benedixerint mihi latera ejus, & de velleri- bus ovium mearum calefactus est. Supplendum in omnibus jam dictis; Non habeat Deus par- tem mecum, nec ego cum ipso; non habet heredi- tatem in me Omnipotens de excelsis, nec ejus- ego unquam hereditatem æternam valeam adire. Ecce de fumento suo & pane reddit rationem, de oribus & vellerebus earum, quam pie hæc im- pendit in egenos, viduas, pupillos, tam in ci- bum, quam in indumentum.*

ibid.

7. Reddit rationem de auro, pecuniis, & aliis rebus pretiosis, & de diuitiis omnibus quod num- quam vanè lætatus sit super illis, nec elatus; quodque in his fiduciam numquam fixerit: *Sp- putavi aurum rebus meum, & ebrius dixi fiducia mea. Si lætatus sum super multis diuitiis meis. Ergo num- quam peccavi ob nimiam concupiscentiam auri, sive obrizi, quod est aurum purissimum & pretio- sissimum; nec propter alias opes superbiui, verè fidelis villicus & bonus dispensator secundum vo- luntatem primarii Domini sui.*

ibid.

8. Reddit rationem de honoribus: *Si vidi Sr- lem edui fugerat & Lanan incidentem clare. Et læta- tum est in abscondito cor meum, & osculatus sum ma- num meam ore meo. Licet enim hoc literaliter in- telligatur, quasi rationem reddat Job fidei suae, quod numquam seductus fuerit, ut Solem vel Lu- nam tanquam Deos adoraret, & in signum ado- rationis.*

ibid.

uc. 11.

bacca. i.

sp. 11.

ijca. lu.
x ut in
uentia
vicia
in se
accepti.

en. 3.

en. 4.

en. 11.

en. 18.

stia.
somodo
im pida.

ibid.

rationis illorum manum ad os admoeret, sicut solebant olim adorantes protensa manu idola tangere, deinde manum ad os reducere osculando eam: Tamen etiam recte intelligitur significare, quod licet fulserit ei omnis gloria & honor tamquam Solis, & prosperitas ei illuxerit quasi luna plena, tamen se in hac re vanè non fuisse corde exaltatum & latratum, nec osculo manus suæ sibi aut aliis propterea fuisse minimum ablanditum.

Ibid. 9. Reddit rationem interioris suæ conscientie erga proximum, & exterioris linguæ refrænatæ à maledictione etiam erga inimicum; *Si gavisus sum ad ruinam ejus qui oderat me, & exultavi quod invenisset eum malum. Non enim dedi ad peccandum guttur meum, ut expeirem maledicens animam ejus.* Sic reddit charitatis, ac postmodum reddit rationem humilitatis, per quam coasitebarur peccata sua, maxime coram Deo suo, & quandoque ubi opus erat, coram proximo suo: *Si abscondi quasi homo peccatum meum, & celavi in sinu iniquitatem meam. q. d. Noli videri quod non eram: ideo quando peccavi, non studeo querere excusationes, sicut homines solent, aut sicut Adam fecit, nec mendacio celate conatus sum culpam meam.*

Ibid. Denique, tanta fiducia conscientie suæ hæc omnia enuntiat Job, ut pro ephronemare audeat dicere: *Quis mihi tribuat auditorem, ut desiderium meum audiat Omnipotens, & librum scribat ipse qui judicat: Vt in humero meo portem illum, & circumdarem illum quasi coronam mihi? Per singulos gradus meos pronuntiabo illum, & quasi Principi offeram illum. q. d. Urinam sit Deus adjutor causæ meæ, immo scribar ipse librum processus mei, non vereor confundi, quin potius illo gloriabor per singulos passus: & offeram ipsi tamquam Principi, ut absolvar potius, quam condemner.*

Audi hæc Christiane, & attentè considera, scitoque tibi de his omnibus reddendam rationem: immo etiam de pluribus, quia post Christianismi gratiam tibi multò plura dona concessa sunt, quam fuerint olim ævo quo vixit Job. Reddenda ergo ratio de corpore, & omnibus ejus membris, an servierint illa peccato, an verò justitiæ in sanctificationem; quia exigerit stricta ratio etiam ulque ad iniquitatem calcanei, que circumdabitur. Reddenda ratio de anima, & omnibus ejus potentis, intellectu, voluntate, memoria. Reddenda ratio de toto tempore villicationis, de pueritia, adolescentia, juventute, virilitate, senectute, & decrepita ætate; non solum consule & generatim, sed etiam distinctè & speciatim, de annis, mensibus, hebdomadis, diebus, horis, momentis. Quapropter dixit Job veritatem ætatem lubricam, penesque adhuc cæcipientem: *Scribis contra me amaritudines, & consumere me vis peccatis adolescentia mea. Posuisti in nervo pedem meum, & observasti omnes semitas meas; & vestigia pedum meorum considerasti.* Reddenda ratio de donis natura, & donis omnibus gratiæ, de sanitate & robore, de

Psal. 48.

Iob. 13.

scientia & ingenio, de sensibus corporeis, de animi talentis, an impena sit hæc omnia secundum voluntatem ejus quia ea nobis impertivit. Reddenda ratio Baptismi fideique nostræ, item sacramentorum toties perceptorum, tot confessionum, tot communionum, tot concionum & exhortationum; tot monitionum & inspirationum quibus Deus pulsavit ad cor nostrum, tot denique adjutorum in via salutis neglectorum.

Quid ultra? Reddenda ratio crucis & sanguinis Christi, pro nobis fusi, mortis & passionis pro nobis tolleratae, Conqueritur enim ipse: *In vacuum Isai. 49. laboravi, sine causa & vana fortitudinem meam consumpsi: ergo judicium meum cum Domino, & opus meum cum Deo meo.* Quasi dicat: Frustra omnes vires meas in salutem hominum consumpsi: sed tu, o Pater, nosti quod nihil intentarum reliquerim, judica inter me & ipsos, cujus culpa sit quod adeo pauci salventur. Reddenda quoque ratio de donis fortunæ, de divitiis & opibus, de honoribus & prosperitate, quomodo in illis quis se gesserit, quomodo ad Dei gloriam ipse usus fuerit. Denique, reddenda ratio non solum de peccatis propriis, sed etiam de alienis, eorum scilicet qui nostræ sunt curæ commissi, sive sint filii familias, sive domestici & famuli, sive alià quâpiam ratione subditi. Si enim negligentia nostrâ aut otiosâ indulgentiâ, vel etiam malo exemplo eis occasione peccandi exhibuerimus, id in caput nostrum revertitur: illisque ratio à nobis exigetur, quia spectat ad rationem villicationis nostræ. Hoc est quod adeo sollicitè deprecatur David: *Ab oculis meis munda me Domine, & ab alienis Psal. 18. parce sermo tuo.*

Itaque, si is qui Domino suo de rebus temporalibus fidei suæ conceditis propediem redditurus est rationem, vigente imperio sui Domini, multis cibus computat, reputat, disputatque secum, inspectans libellos suos, ne infidelis dispensator invenitur, & ergastulo aut compedibus tradatur, novissimum quadrantem redditurus. Sic etiam serio nobiscum recogitandum est frequenter, quam rationem villicationis & dispensationis Domino & Judici severo reddere valeamus. Dicendum cum Job: *Quid faciam, cum surrexerit ad judicandum Deus, & cum quaesierit, quid respondebo illi? Pauci sunt qui dicere possint, quod tandem concludas adjicit ipse ex plenissima integre conscientie fiducia: Quis mihi tribuat ut desiderium meum audiat Omnipotens, & librum scribat ipse qui judicat, & circumdarem illum quasi coronam mihi? Felix qui id in fine vitæ dicere poterit, sive in termino villicationis suæ.*

Sed perisique durum est verbum; iam non poteris plus villicare; Redde rationem villicationis tuæ. Quid est autem, jam non poteris amplius villicare? Certe ulque ad vesperam vitæ plus posse nostræ perdurat villicatio: in morte autem omnis villicatio.

Pars III

Quid sit non amplius villicare? Certe ulque ad vesperam vitæ plus posse nostræ perdurat villicatio: in morte autem omnis villicatio.

villicatio à nobis auferatur, ita ut exinde bene quis nec male valeat operari. Instante autem illa hora, non sine angustis audit anima, *Iam non potest amplius villicare.* Tunc ultra poenitentiam spatium non prorogatur; sed reddenda est ratio villicationis exercitæ, sic Domino iubente, & urgente: ipse constituit terminos qui præteriri non poterunt, ipse moram omnem excludit, & dilationem, dum expectat a nobis rationem: *Qui sedulo scienda villicationis ac rationis reddenda tempus prævident, facit serrenorum bimium delectatione, & dilectione, nudati, plus sibi de amicis conquirendis in futuro, quam de diuitiis in præsentem colligendis prospicere curabunt;* inquit Venerab. Beda. Brevis ergo est villicatio nostra, & incertum est tempus ejus, cum minus cogitauerimus forte finienda est. Fideliter ergo, & ignauiter adimplenda est, ne præveniamur desides & incogitantes, ne deprehendamur incerti & insidii. O si possent adhuc villicare hi qui ad cruciatum infernalis ergastuli amandati sunt à villicatione amoris! Quos non labores vellet suscipere? quam non diligentiam impendere? quam non curam, & circumspeditionem adhibere pro fidei administratione? *Quis mihi tribuat ut sim secundum mentes pristinas, secundum aures quibus Deus custodiebat me. Quando lucebat lucerna ejus super caput meum, & ad lumen ejus ambulabam in tenebris. Quando lavabam pedes meos butiro, & petra fundebat mihi rivus olei.* His verbis maxime possent ut in inferno infideles donorum Dei administratores, qui revocare peroptarent tempus gratiæ, & lucis divinæ, tempus poenitentia & misericordiæ, tempus unctionis sive olei sacrosancti in Sacramentis Ecclesiæ contenti, quod de Christo tamquam petra mystica fuit in unctionem animarum, in unctionem pedum, sive affectuum nostrorum. Illud enim in aërre eis præterfluxit; ideo æternum gemit, & villicationem suam deplorant præterlapsam.

Felix qui dum adhuc tempus est, cogitat de villicatione sua. Felix qui consilium salutis intra se sollicite inquirens, dicit: *Quid faciam quando Dominus auferet à me villicationem? quomodo illius reddam rationem?* Felix qui de fine cogitat & de morte, ut felicitas incipiat vivere, & merita accumulare, utendo donis gratiæ sibi à supremo Domino commissa, ut de illis possit rationem reddere Felix qui providè considerat, quod post hanc vitam non valebit ultra todere, & quod mendicare erit inutile & confusibile, sicut villicus hic agnosceit: *Fodere non valet, mendicare erubescit.* Inopes duobus modis lux solent consulere necessitati, operando aut mendicando. Ad tempus operandi ultra non dabitur tunc.

Nam dicitur: *Quodcumque facere potest manus tua, instantè operare,* quia nec opus, nec ratio, nec sapientia est apud inferos, quò tu properas. Ideo Angelus habens pedem unum super mare, alterum super terram: *Levavit manum suam ad caelum, & juravit per viventem in sæcula sæculorum, quia tempus non erit amplius.* Tempus scilicet quod quis lux possit

Rational. Evang.

fit saluti impendere, ultra non datur à morte uniuscujusque; nec ultra erit tempus divinæ misericordiæ; nec ultra tempus parandæ alimonix. Sed erit tempus inædiæ perpetuæ pro his qui non paraverunt præcedenti tempore; *Transit mensis, finita est æstas, in qua oportuit sibi victum parare.* Frustra ergo gemit intra se, & frustra poenitentiam agunt insensati. Nec gemitus profuunt; nec lachrymæ. Neque etiam mendicare tunc quicquam proderit, quia mendicantibus nihil erogabitur. Tunc preces Sanctorum, aut patrocinium Angelorum emendicare non proderit, immo nec merita ipsius Christi. Qui non habuerit meritum proprium, non participabit alienum. Propterea mendicare erit confusibile.

Sic Virgines illæ fatuæ emendicant oleum ingruente jam tempore nuptiarum: *Date nobis de oleo vestro.* Inquiunt ipsæ Virgines prudentibus; sed remittuntur cum confusione ad ementes & vendentes; *Te potius ad vendentes, & emite vobis.* Sic majori adhuc affectu sunt pudore & derisione, dum reverti coguntur oleo vacuæ, & nihilominus optant intrare.

Sic & dives Epulo frustra emendicat guttam aquæ; quia illam licet tota expossat æternitate, non poterit impetrare. Juravit enim Angelus per viventem in sæcula sæculorum, quia tempus non erit amplius, nec operandi, nec emendicandi nec merita propria colligendi, nec alienis communicandi. *Pro hac arabit omnis sanctus in tempore oportuno, ait Psalmista.* Pro hac scilicet gutta aquæ gutta misericordiæ, gutta gratiæ divinæ; pro hac peccatorum remissione, omnis homo debet orare, sed tempore (inquit ipse) oportuno. Nunc oportuno est tempus orandi & impetrandi, quando nec calix aquæ frigida sua caret mercede, quando micæ cadentes è mensa possunt mercari regnum cœlestis, quando lacryma profusa ex corde totius vitæ potest sordes eluere. At hac oportunitate transacta, licet quis sit totum in lacrymarum fontem verteret, licet tot lacrymas fundat damnatus, quot Oceanus undas, non potest vel unius peccati venialis maculam eluere. Licet exclamet, & emendicet cum gemitibus inenarrabilibus tota æternitatis duratione, non potest vel guttam aquæ, vel micam panis gratiæ impetrare. Infelix Epulo jam oratorum millibus efflagitavit guttam a Lazaro, vel ab Abraham Patre suo, nec quicquam accepit. Quicumque ergo sapias, opportuno tempore tibi provide, salutique tuæ prospice: veniam peccatorum participationemque divinæ gratiæ in tempore opportuno depose.

Sic & Chrisaurius infelix (de quo S. Gregorius) cum vitæ suæ tempus vitis penitus addixisset, exactus tandem rationem villicationis suæ urgente Domino & accusante eum diabolo, frustra in sine clamabat: *Inducias vel si quemane, Inducias vel si que mane.* Ablata enim ab eo villicatione, qua abusus fuerat non implere Domini sui voluntate, rati-

L. III puerunt

ai. 49.
Tempus villicationis breve.
Job. 29.
sal. 18.
ibid.
Ecc. 9.
ARS III
quid sit
on am-
leas posse
villicare,
Apo. 10.

Hi. 8.
Sap. 5.
Mat. 25.
Luc. 16.
Psal. 31.

puerunt eum de mones tanquam tortores, ad flamas perennes; ubi frustra in aeternum clamabit, Inducias vel usque mane: quia juravit Angelus per viventem in saecula saeculorum, quod tempus non erit amplius. *Hac qui pavet, caret; qui negligit, incidit*, inquit S. Bernardus serm. de convert. ad Clericos. *Orate ergo ne fiat fuga vestra sabbato vel hyeme*, quando non licet ambulare. *Fugite dum licet* est fugere.

Matth. 25.

Concludamus exemplo quod refert Hector Boetius in historia Scotorum lib. 18. Ibi enarrat quendam Joannem Cameron, virum potentem, cum Principem ac regni gubernatores ad innocentiam quorundam necem impulsisset, variasque exactiones injustas, in nobiles ac plebejos suasisset, divitiaeque numini multimodis injuriosius fuisset, tandem horribilem suam sortem fuisse. Nocte enim Nativitatis Domini, cum in arce sua quiesceret, vox horrida e caelo intonuit: *Cameron, Cameron, veni ad Deum tribunal & reddere rationem villicationis tuae*. Ipse exterritus & exterritus haeret, & horret atramentum existimans non fuisse veram vocem, evocat famulos suos lumenque deposcit. His cum lumine advenantibus animum recipit; moxque jubet eos recedere, & librum in manus sumit, ut noctis tadium fallat. A paulo post iterum, eadem vox inauditur: *Cameron, Cameron, veni ad tribunal Dei, & reddere rationem villicationis tuae*. Audiunt eam & domestici trementes, & praeter metu silentes, malumque aliquod expectantes. Spatio rursus aliquo interjecto, vox eadem terribilior longe quam antea insonat, *Cameron, Cameron, veni ad tribunal Dei, & reddere rationem villicationis tuae*. Sic divina in eum ulcione ruente, mox ipse exerta in immensum lingua animam sceleratam ad divinum tribunal emisit, reddituram exactam rationem infidelis dispensationis & villicationis suae. O verè vox tremenda & terribilis peccatoribus omnibus: *Redde rationem villicationis tuae, jam enim amplius non poteris villicare*.

Illumina, Domine, oculos mentis nostrae, luce gratiae tuae, ut nos semper agnoscamus villicos tuos, & dispensatores bonorum tuorum, tam spiritalium quam temporalium, de quibus ratio nobis est reddenda. Infunde salubrem timorem: ut nobis prospiciamus, & praecaveamus, ne dissimemur & accusemur apud te quod dispatores sumus, & non sibi dispensatores. Fac ut praeculis semper habeamus finem vitae & villicationis nostrae Repraesentatorem aut ipsius coadiutori illam discussionis tuae tremendam vocem, *Redde rationem villicationis tuae, jam non poteris amplius villicare*. Cumque illam eandem in vespera & termino vitae audire necessum erit, da ut cum fiducia reddere valeamus rationem temporis nobis concessi, rationem donorum corporis & animi, rationem baptismatis, & fidei, rationem vocationis nostrae & gratiae illi correspondentis, rationem conscientiae nostrae, & curae proximo nobis commissa impetratae: si que possi-

mus audire vocem illam tuam suavissimam: *Ecce Matt. 25. serve bone & fideles, quia in pauca fuisti fidelis, intra in gaudium Domini tui.*

EADEM DOMINICA.

LECT. 15. tripartita.

Facite vobis amicos de Mammona iniquitatis, &c. Luc. 16.

S Copus hujus parabola à Domino prolata non solum fuit praemonitio rationis reddendae, sed etiam exhortatio de elemosynam erogandam in pauperes, qui nobis possunt opitulari, ut in aeterna tabernacula recipiamur. Cum ergo de ratione reddenda prior lectione differimus, de elemosyna largienda, ejusque efficaciam, cum in vitam in morte, hic differemus. Rem autem tribus quaestionibus in verbis Domini involvitur abolveremus.

Prima quaestio est: cur Dominus divitias vocat Mammona iniquitatis? dicens: *facite vobis amicos de Mammona iniquitatis*? Ac in primis sciendum (interpretate S. Hieron. ep. 151. ad Algasiam) Mammona verbum esse Syriacum, idem significans quod divitiae. Sic etiam S. August. l. 2. de serm. Dom. in monte c. 22. dicit Mammon lingua Punicarum significare. Addit Elias Hebraeus, utramque significationem Chaldaicè involvere nomen Mammon, vel Mammona, ut idem sit quod lucrum & quaestus, substantia & divitiae. Hinc etiam Deus divitiarum Mammon à Veteribus est nominatus: Non potestis Deo servire & Mammonae. Quod autem hic dicitur: *Mammona iniquitatis*, idem est quod Mammona iniquum, sive divitiae iniquae: sicut filius iniquitatis, filius iniquus, Villicus iniquitatis, Villicus iniquus, filius perditionis, filius perditus, sive perditus: *Vir fortitudinis*, vir fortis; hic enim est mos loquendi Hebraeis. Sed cum divitiae possint esse bonae & justae, saneteque expendi valeant, cur divitiarum iniquitatis, quasi proprio quodam sibi nomine, à Domino vocatae sunt? Varias hujus nominis rationes afferunt SS. Patres Scripturae sacrae secundum Interpretes, paucas hic attingamus.

Rationem primam reddit S. Hieronymus cum S. Chryso. quia ut plurimum inique acquiruntur & congregantur, & ab iniquitate descendunt. Audi verba S. Hieron. ep. 150. ad Hebraeos: *Pulchre dicitur iniqui ait Christus de iniquo Mammona: omnes enim divitiae quarum de iniquitate descendunt; & nisi alter perdidit, altera non potest invenire. Unde & illa vulgata sententia mihi videtur esse verissima: Dives autem iniquus, aut iniqui haereditas. Sic dixit & Menander: Nunquam vir aequus, dives evasit cito: Audi & verba S. Chryso. hom. 12. in ep. 1. ad Tim. ubi hanc rationem sic explicat: *Necessè est, inquit, divitiarum initium ac radicem ex aliqua iniquitate manasse. Proinde constat: Ex eo quod Deus ab initio non fecit alium quidem divitem, alium pauperem; sed eandem omnibus aperuit humum. Quo pacto igitur cum illa communitis**

PARSI. Cur dicitur Mammon iniquitatis dicitur.

2. Quia...

Superb.

Prov.

à Tim.

Avari.

Eccl.

Ref. 1.

Quia...

rumque

iniqui...

al-

int.

Luxur.

& gul.

Amos